

Folium .xliv.

De peccato originali s'm nomen.

Capitulum .xi.

Originale peccatum habet multa nomina et hoc multiplici rōe. Secundum enim quod originale peccatum comparatur ad animam vocatur infirmitas. quia reddit animam impotentem resistere motibus. Item feditas quia per ipsum anima maculatur. Item p'ntia quia per continuam inclinacionem appetitus ad malum. Item corruptio. quia ducit ad nihilum. id est ad peccatum. Item viciū. quod est diminutio bonorum naturalium. Item languor nature. quia durat in natura corrupta. Habet etiam nomina secundum quod comparatur ad corpus. quia vocatur lex carnis eo quod lege diuina carni sit inflictum. Item lex membrorum. quia mouet organa ad opera concupiscencie. Item tyrannus propter dominacionem. quia violentia in ipsa concupiscibili. Item fomes quia sicut cinis fonet ignem ita per ipsum fonetur peccatum in carne s'm actum nutritiue et generatiue. Item stimulus carnis quia stimulat carnem ad primos motus et ad animum et ad consensum. Habet quoque nomina prout comparatur ad actus delectabiles. s'm hoc vocatur concupiscencia que sonat viciū in actu prout est viciū in adultis. Item concupiscibilitas que sonat viciū in potentia prout est in paruulis. Habet etiam nomen s'm quod comparatur ad primum hominē a quo contrahitur. sic vocatur peccatum originale. quod est carentia debite iusticie.

De primis motibus.

Capitulum .x.

Primū peccatum aliud sit actum aliud contractum. Ipsum peccatum actuale frequenter habet ortum a primis motibus. Non sciendum quod in statu innocentie non moueretur sensualitas nisi s'm motum rationis. Ideo stante homine non poterat in eo esse peccatū etiā veniale. Nunc autem quia sensualitas rationi repugnat. Ideo per primos motus necesse habemus committere peccatum veniale. Primi motus tñ particulariter et sigillatim possunt declinari omnes tamen nullo modo possunt cauere. quia sic sunt peccata quod sunt etiam pene peccati. Et ideo merito dicuntur venialia quia hoc ipso sunt digna venia. Primi motus sic describitur quod omnis motus sensualitatis s'm impulsus fornicis impetuose tendens ad fruitionem creature delectabilis. Duplex motus distinguitur quod tñ spectat ad presentē materiā. scilicet primo primus qui est naturalis. et secundo primus qui est sensualitatis. Cū ergo loquitur de primis quod sunt peccata intelligendū est de secundo primis. quod primo primi non sunt peccata cum sint naturales et extra genus moris. Quod patet per hoc quia non sequitur ymaginationem sed solummodo naturalium qualitatum actionem. Motus autem secundo primi sunt peccata quod sunt actus inordinati in genere moris. quod patet per hoc quod tales motus sunt sensualitatis que subiacet in talibus dominio voluntatis. Voluntas autem